IOSEPHUS FLAVIUS

Zwettl 4. Viertel 12. Jh. Seite 78r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



onagros. mulasq; que uirtute & pulchritudine
regi placerent ita ut curribꝰ & equis pristinis exeis
qui dirigebantur accresceret curruum numerus qua-
dringentorum. Erant enim primitus mille. & item equorum
duo milia. cum primitus fuissent xx milia. Nutrie-
bantur autem ut eorum eique pulchri partim & curraces. &
comparatione facta nec decentiores alii. nec uelo-
ciores inuenirentur. Exornabantur autem & ascensores
eorum primum decora iuuentute florentes. habentesq;
magnam pcertitatem. & satis alios excedentes. longam-
q; diffundentes in equorum sessione cesariem. ex purpu-
ra tyria ueste circumamicti. auriq; tincturam cotti-
die in suis comis adicientes. ut eorum capita pcusso
sole. auro radiante fulgerent. His circa eum armatis
existentibꝰ arcusq; ferentibꝰ rex uectꝰ in curru. & a-
lia ueste circumamictꝰ solitꝰ erat exire ad quendam
locum. qui ab hierosolimis duobꝰ funiculis abest uo-
catusq; ita in hortis & aquarum rigationibꝰ gratꝰ
& locuplex. Huc ergo delectationis causa egredie-
batur: maxima circa res omnis pruidentia & studio
semper utens. & ubiq; cultus ac decorus existens.
neq; uiarum desidiam habuit. sed regias uias que
ad hierosolimam ducerent lapide nigro strauit
ut & iam ambulantibꝰ non possent esse difficiles. &
ostenderet diuiciarum & imperii dignitatem. Diuides
autem currus & disponens ut singulis ciuitatibꝰ cer-
tus eorum numerus esset paucos circa se quidem re-
tinuit. Urbes autem uiri dispersi sunt ciuitates curruum
nominauit. Argenti uero tantam multitudinem fecit
rex in hierosolimis habundare quanti erant &
lapides. sed & lignis cedrinis que primo non fuerant sicut
arboribus. mori campos iudee ita compleuit. Iussit
autem & negociatoribꝰ commercia ex egypto deferenti-
bus ut uenderent ei currum cum duobus equis dragmis
argenti sexcentis. quos ipse regibꝰ syrie & transeu-
fraten habitantibus destinabat. Qui dum fuisset
omnium rerum gloriosissimus atq; religiosissimus. & pru-
dentia & diuiciis excelleret uniuersos qui ante
eum hebreorum tenuerunt principatum. non in his usq; ad
terminum uite sue pmansit. quando relinquens sol-
lempnitatum custodiam patrinarum. non fine simili rerum quas
dauid pdiximus conuersatus est. sed circa mulieres & ue-
neriam intemperantiam turpiter exardescens. non pun-
cialium solum delectationem habuit feminarum. sed
etiam multas ex alienigenis gentibꝰ duxit uxores.
sydonias. & syrias. & iam ammanitidas & ydumeas.

& leges eius preuaricatus mosaycas. quibꝰ ille contradixit
alienigenis mulieribꝰ hebreos non debere misceri. &
deos illarum cepit colere. ut mulieribꝰ earumq; amori
placuisset. cum legis lator predixisset ne hebreus ali-
ene regionis uxores duceret. ne forte illarum sollem-
nitatibus mixtus & deos earum coleret. & a ueneratione
proprii dei pariter abstineret. Sed hec quidem despexit
salomon. irracionabili amore constrictus & ducens
uxores principum insignium uirorum filias numero
Lxx. & trecentas concubinas. super has autem & filiam re-
gis egyptiorum. & repente captus ab eis est ita ut earum
sectaretur quoq; culturas. Et ideo cogebatur fauoris sui
eis prebere delectationis indicia. ut more earum pa-
trie uiueret & que illis essent grata compleret. Et ta-
te siquidem pcedente & racione partim infirmante
propter tempus. cum iam non posset studia patria retinere.
dum quidem proprium duarum liquide uxorum iugiter hono-
rabat. Sed etiam ante hec peccauerat & circa custodi-
am legum fuerat iam deceptus. quando bonum eneorum si-
militudines fecit quos in mare subiecit & leonum quos
in suo solio regali causa disposuit. Non enim hec
facere fas erat dum optimum & familiare patrie glorie
& uirtutis habuisset exemplum. quod ei propter dei pietatem
fuerat relictum. Hoc ergo non imitatus cum secundo eum deus psom-
nium patrem monuisset sequi in gloria huius rei expers
effectus est. Uenit ergo propheta missus a deo dicens. quia neq;
iniquitas eius lateret eum. neq; diu in his esset letatu-
rus. Interminatus simul quia ei quidem non auferret deus
imperium. quo dauid patri eius fuerat pmissum. morien-
te uero eo citius filium hoc amittere. non tamen abeo omnem populum
recessurum. sed decem quidem tribus eius traderet seruo. duas
autem nepoti dauid huius filio reseruaret & propter illum qui
dilexit deum. & propter hierosolimorum urbem in qua tem-
plum habere decreuit. Hec audiens salomon contre-
muit & ualde turbatus est ex omnibꝰ pene bonis in
quibꝰ erat repente mutatus non multo tempore transe-
unte: ex quo ei hec ipsi uenire predicta fuerunt a propheta.
mox suscitauit super eum deus inimicum adat nomine. quarum
inimicitiarum causa fuit huiusmodi. Hic adat puer
erat genere idumeus. de semine regio natus.
Qui dum ioab princeps milicie dauid idumeam ua-
stasset fugiens uenit ad pharaonem egyptiorum re-
gem qui eum magna largitate suscipiens. deditq;
ei & domum & pruinciam ad habitandum. Et cum cre-
uisset dilexit eum. ita ut ei uxoris sue sororem no-
mine taphin daret uxorem ex qua natus est ei filius.

78